

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

terior in passionibus entis ut sic una possit alia demonstrare. Certe si deo saluo meliori iudicio quicquid sit de alijs passionibus quae nimis plura et difficile est videre hoc de omnibus passionibus entis: tamen videtur quod vniuersum sit simpliciter prima passio entis: quod de ea specialiter probat Aristoteles quod significat eandem naturam cum ente 4^o methaphysico capitulo secundo et ibidem dicitur quod eadem sunt partes entis et vniuersum: quod in xi. methaphysico capitulo tertio dicitur quod nihil differt omnia entia reducere ad ens et ad vnum cum idem significant convertibiliter vnde ibi videtur quod sit loqui vniuersum de ente et vno. Post vnum videtur esse 2^a vez. 3^a autem bonum. Nam ratio veritatis videtur esse prior ex natura rei ratione bonitatis. sicut intellectus naturaliter est prior voluntate. sic potest dici de alijs passionibus sequenter quod subtiliori doctori relinquo. quod si ita est ipsum vnum potest sumi pro medio ad probandum et demonstrandum ens esse vez et vez ad probandum ens esse bonum et sic de alijs. Ipsum autem vnum remanet indemonstrabile de ente vel propter defectum medij. vel quod ipsum inesse enti est per se notum vel propter vtriusque. Ad 2^m. dico quod proprietates medij demonstrationis est respectu conclusionis demonstrande. ut vniuersum conclusionis sit vnum medij. sed aliquid est proprium vni et esse pluribus alijs secundum aliam rationem non repugnat considerata ergo a methaphysico sunt propria sibi et contra alijs scientijs proportionabiliter cuiuslibet. Ad 3^m cum dicitur nullum subiectum est in potentia contradictionis etc. dicitur ad maiorem quod vera est loquendo de passionibus vniuersis et non disunctis et sic mihi est falsa. Contra quod passio disuncta vel est vna vel due. si est vna. ergo necessario inest enti et cuiuslibet enti inferiori. ergo omne ens vel est in actu vel in potentia causa vel causatum contingens vel necessarium. et sic nullum ens esset alter determinate. quod est absurdum. Si sint due. idem quod prius: imo absurdius sequitur quod cum quelibet passio superioris sit passio inferioris. sic quodlibet ens non solum esset contingens vel necessarium sub disunctione immo determinate quodlibet ens esset necessarium et quodlibet contingens sit. Dices quod passiones disuncte non sunt proprie passiones illius cuius assignantur sed proprie inferioris. Exemplum par et impar dicuntur passiones numeri. non tamen sunt proprie passiones ipsius numeri in cuius. quod nullus numerus est simul sit par et impar. sed sunt passiones disuncte et seorsum inferiorum numerorum. Similiter in proposito in passionibus disunctis ipsius entis. Contra. omnia talia propria passio habet aliquod subiectum cui inest per se primo sic quod non inest illi secundum rationem alterius: sed omni alij per rationem eius et primo post. sed passio disuncta siue ponatur vna siue due non habet aliquod tale primum subiectum nisi ipsum esse: quod nulli alteri convertibiliter inest. per quod illud esse est eius subiectum primum. et tunc idem est quod prius. Aliter ergo dicendum est quod passio disuncta realiter vel quantum ad illud quod significat est vnica. quod enim illa passio vnica est ignota nobis non possumus eam nominare vno nomine. sed circulo loquimur ea per aliqua duo nomina disuncta eo modo quo loquitur Aristoteles. 10. methaphysico. dicitur methaphysico priorum innotato: quod circulo loquimur per abnegationem vtriusque. ut quod nec est bonum neque malum. Dico ergo quod contingens et necessarium circulo loquimur vna passionem que sit. a. et ad. a. non se habens in potentia contradictionis. imo necessario omne ens est. a. sicut de alijs. Si arguas. ergo omne ens est necessarium vel contingens simul. Dico quod si per haec duo intelligis ipsum. a. concedo. aliter non. et sic nihil mali sequitur. non tamen omne ens est contingens vel necessarium. accipiendo necessarium et contingens secundum proprium significatum. Ad aliud quod additur quod idem ens puta primum aliquod est vnum. aliquod multa et non vnum. Dico quod vnum accipitur dupliciter. vno modo simpliciter. alio modo scilicet quod primum est passio vnica nec opponitur multitudini imo ipsa multitudo est aliquo modo vna sic et ens. 2^o. modo est passio disuncta et opponitur multitudini. multitudo. n. comparata ad vnum non est vnum simpliciter. Dico modo ens non est in potentia contradictionis. per 2^o. modo dicitur esse sic dicitur de alijs passionibus disunctis. Ad 4^m dicitur quod illa similitudo non currit quatuor pedibus. vez quod est quod sic ens significat eandem naturam realiter cum quolibet de quo predi-

catur. sic et vnum. quod vnum cum sit propria passio entis non differt realiter a quocumque ente. sed est simile. quod ens est idem formaliter cuiuslibet inferiori de quo predicatur. et idem predicatur in quod. non sic vnum. ideo non predicatur in quid sed in quod. et denotatiue: sicut passio de subiecto. passio enim et si sit idem realiter cum subiecto: tamen sibi non idem formaliter. ut dicitur. 4. huius.

Ad argumenta principalia in oppositum facta. Ad questionem maiorem concedo quod vniuersum scientie realis est vnum subiectum reale. sed nego minus. quod ens ut est esse deo et creature dicitur vnum conceptus reale. ut probatur est supra. ad 2^a. Ad probationem dico quod deus et creatura sunt seipsum totis distincta in realitate. sed non in conceptu reali. sed quo modo hoc est possibile sciendum est. Sciendum ad huius euidetiam quod non intelligitur aliqua realitas cum modo suo intrinseco iste conceptus non est ita simpliciter simplex: quin possit concipi illa realitas absque modo isto. sed tunc est conceptus imperfectus illius rei potest esse concipi sub modo et tunc est conceptus perfectus et adequatus illi rei. Exemplum. si est albedo in tertio gradu intensiois. posito etiam quod esset omnino simplex in re: posset tamen concipi sub ratione albedinitate. et tunc perfecte conciperet conceptu adequato ipsi rei. vel posset concipi precise sub ratione albedinis. et tunc conciperet conceptu in perfecto et deficiente a perfectione rei. Conceptus autem iste imperfectus posset esse coloris albedini isti et alij. conceptus autem perfectus esset proprius. requirit ergo distinctionem inter illud a quo accipitur conceptus coloris. et illud a quo accipitur conceptus proprius non ut distinctio realitatis et realitatis. sed ut distinctio realitatis et modi in re ipsi eiusdem realitatis. que distinctio sufficit ad habendum conceptum perfectum vel imperfectum de eodem quod imperfectus sit coloris et perfectus sit proprius. Ad propositum. conceptus entis coloris deo et creature descendit in conceptus dei et creature non per aliam et aliam realitatem. sed per modos intrinsecos alterius et alterius realitatis. scilicet per finitum et infinitum. ita quod sicut conceptus albedinis abstractus a tanto vel tanto gradu albedinis: et conceptus imperfectus et inadequatus huic et illi albedini: ita quidem conceptus entis respectu dei et creature. deus ergo et creatura sunt se totis distincta in realitate et in conceptu reali perfecto et adequato realitati cuiusque. sed hoc non obstante conueniunt in aliquo conceptu reali imperfecto et inadequato realitati. cuiusmodi est conceptus entis qui ut sic abstractus ab omni modo intrinseco realitatis dei et creature qui sunt finitum et infinitum. Unde conceptus entis formaliter non est finitum nec infinitum positive. sed coloris vtriusque abstractus ab utroque. Ad secundum cum dicitur quod illud quo scia formaliter distinguitur etc. dico quod ista maior non est vniuersaliter vera. Ad cuius euidetiam sunt duo notanda. Primum est. quod scia non solum videtur esse circa aliquid tanquam circa subiectum principale consideratum. sed et circa casus subiecti. Exemplum in philosophia tractat de natura. quantum nullus ponat naturam esse subiectum illius scientie. sed aliquid eius natura est principium. Sicut in libro de anima tractat de diffinitione anime et passionibus et partibus eius quantum subiectum illius scientie ponatur corpus animatum. cuius anima est principium. et sic de multis alijs. Consideratio est in proposito. nam circa casus altissimas est consideratio huius scientie. cuiusmodi sunt substantie immateriales. non tanquam circa subiectum principale. sed tanquam circa principia subiecti. nam in principio sexti huius dicitur quod principia et casus quantum entium in quantum entia sunt. tanquam principia subiecti. Unde in principio quarti methaphysico. ostendit Aristoteles. hanc scientiam esse circa ens. ex eo quod est circa primas causas. quod ille cause sunt casus secundum se effectus primi. quod est ens in quantum ens. Ideo conceditur quod prime cause causant entitatem in effectum. Alie autem cause secundum se determinatam entitatem vel realitatem entis. Considerat ergo methaphysico. casus altissimas ut principia sui subiecti. vel etiam aliter considerat eas ut principia maiores partes sui subiecti. nam sunt nobilissima entia. 2^o. est notandum quod substantie immateriales et immobiles non pertinent ad considerationem alie scientie particularis nobis note ex puris naturalibus non naturalibus. quod si sunt mobilia. in mathematica. quod si sunt quanta. scilicet earum consideratio pertinet ad aliquam scientiam superiorem: cuius consideratio